

Caroli V. & Sacri Imperii Ordinationem benè & sufficiente Assessorum numerò est constitutum. Ratio tamen, quare septem vel octo Assessores adesse debeant, ut judicium dicatur rectè constitutum, unicè ex arbitrio Legislatoris pendet. Illud tamen certum est, quod libenter velint: imparem in judicando Assessorum debere esse numerum, cum imparibus suffragiis res facilius dijudicetur, c.s. *siquis Episcopus. 6. question. 4.* Evidem Gellius *l.9. c.15. p.497.* septem Judices constituit; sed praxis hodierna tanti numeri necessitatem respuit, cum in plerisque pauciores Assessores, licet non sine justitiæ dispensio, constituti, hastæ lites & negotia criminalia expediant, quamvis tamen nihil hinc incommodi videatur oriri posse, si ipsi Jurisperitorum consilium sequantur.

## ARTIC. LXXXV.

*De reo ante executionem in conspectu publicè in numellis,  
aut compedibus exhibendo.*

Wann der Beklagte öffentlich in den Stock/Pranger  
oder Hals-Eisen gestellt werden soll.

**S**o wider den Beklagten die Urtheil zu peinlicher Straffendlich beschlossen wird, wo dann herkommen ist, den Ubelthäter dar vor oder nach am Markt oder Platz etlich Zeit öffentlich in Stock/Pranger oder Hals-Eisen zustellen, dieselbige Gewohnheit soll auch gehalten werden.

AD ARTIC. LXXXV.  
ARGUMENTUM.

*Recepta consuetudo sistendi reum publicè in conspectu populi ante executionem servanda est.*

## EXEGESIS.

**Q**uibusdam in locis ante hanc Constitutionem Carolinam fuit receptum, ut reus, postquam sententia condemnatoria contra ipsum lata fuit, publicè in conspectu populi in foro, vel aliò loco ante executionem aliquò temporis spatiò vincitus comedibus vel

Pg

collò